

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Beatitudo siue beatus 1  
cum fonte primo

Tripliciter in eterna illa  
et perfecta beatitudine fruemur Deo:  
uidentes eum in omnibus creaturis,  
habentes eum in nobis ipsis et,  
quod hiis omnibus ineffabiliter iocundius  
sit atque beatus, ipsam quoque  
cognoscentes in semetipsa trinitatem.

Bernardus in sermone.

Tripliciter enim, fratres, in aeterna illa  
et perfecta beatitudine fruemur Deo,  
uidentes eum in omnibus creaturis,  
habentes eum in nobis ipsis et,  
quod his omnibus ineffabiliter iucundius  
sit atque beatus, ipsam quoque  
cognoscentes in semetipsa Trinitatem  
et gloriam illam sine ullo aenigmate  
mundo cordis oculo contemplantes.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in festivitate omnium sanctorum*, 4.3 (SBO 5, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.357, ll.6-9).